



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

[Capvt II]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



Improuideq; gurgiti  
 Immergit & stultissima  
 Ceu vacca caudam deiecit.

Vxor Isen-  
 grini non  
 fuit mori-  
 gera confi-  
 liis Reini-  
 kes.

Quam si statuto tempore  
 Traxisset aut maturius  
 Non alligata frigore

Hæsisset in paludibus.

Lubenter è periculo  
 Hanc subleuassent gurgitis,

Sed maior ille viribus

Erat labor Vulpecula.

Contaminabat in super,

Me mille contumelijs

Iratu Isengrinus,

Minatur & crudeliter

Quod me velit discerpere.

Fuga illu-  
 dit Isengi-  
 nio Reini-  
 he.

Fugam capesso protinus  
 Camposq; libo cursibus.

Conuersus ad blasphemias,

Tunc mille diras euomit

Et latrat Isengrinus,

Quousq; stagnis coniugem

Suam vadosis eripit.

Quod porro nos iniurijs

De Rusticorum turbidis

Accusat insequentium,

Illud salubre corpori

Fuiq; membris vitale.

Nam rursus is caloribus

Refecit artus frigidos.

Sed vnde laudes ordiar

Istius ignauissimi

Lupiq;

REINIKES, LIB. IIII. 413

Lupiq; dementissimè  
Infamiam qui propria  
Celare nescit coniugis  
Graviq; pestilentior  
Quo sit adversario,  
Se cum suis contaminat.

Tunc Vxor Isengrini  
Irata dicit, Reinike  
Fur omnium nequissime:  
Qui captivus omnibus  
Illudis, & nefarijs  
Omnes dolis circumuenis,  
An immemor fallacia  
Illius es trifurcifer?  
Cum tristorem vidimus  
Scaturientis in cauo  
Sedere fontis Urceo  
Nec posse præformidine  
Gradum referre maxima.

Tui misertus protinus  
Accedo, fatis condolens  
Et diligenter sciscitor,  
Quis casus huc deiecerit.  
Dolis refertus credulum  
Cum me salvas feminam,  
Noctemq; te per integram  
Vorasse pisces optimos  
Mox impudenter prædicas.  
Extemplo me miserrimam  
Tunc appetitus piscium  
Novusq; pulsat impetus,  
Tuisq; in suis alterum

Reinike Isengrini  
à propria cōfundit infamia.

Vxor Isengrini  
malevolentiã  
Reinikes  
exacerbat.

Qua astutia  
Reinike  
ex puteo  
ascenderit.

T

Cor-

Conscendo fontis Orceum.  
 Rotamq; per Volubilem  
 Ad ima praeceps deferor.  
 In alta tu reuerteris  
 Et fonte liber exilis.

Caritas pi-  
 scium.

Hoc caritas in tempore  
 Est facta magna piscium,  
 Nam dum proteruus Vitreas  
 Hauriret undas rusticus,  
 Suos sodales conuocat.  
 Qui duriter grauisimis  
 Me verberarunt fustibus,  
 Vt plena tabo lurido,  
 Vicibusq; pessimis  
 Non absq; Vita maximo  
 Euaferim discrimine.

Reinike a-  
 cerba qua-  
 dā irrifio-  
 ne Lupi ve-  
 xat coniu-  
 gem.

Hic clanculum & specula  
 Sermo cachinnum concitat:  
 Deo sit inquit gratia.  
 Quod & vna saltem tristibus  
 Emerferis periculis.  
 Nam duriore cautibus

Amarulen-  
 ra ironia.

Has pelle plagas acrius  
 Tu sustinebas, quae meam  
 Cutem scidissent plumeam.  
 In posterum sis cautior  
 Et negligenter omnibus  
 Non crede nugatoribus.

Nusquam  
 tuta fides.

Fidemq; nunc mortalium  
 Scias in orbis omnibus  
 Non esse tutam paribus.  
 Tunc dicit! sen grinius,

Ideste te leuisime  
 Probabo Verum Reinike.  
 Qui semper infortunus  
 A te recepi maxima.  
 Scis qualibus fallacijs  
 Me tradidisti sapius,  
 Omnesq; concitaueris  
 Cercopitheci filios,  
 Vt voce me lacefferent,  
 Et vnguibus discinderent.

Ifengrini-  
 us aliud ob-  
 iicit vulpi  
 flagitium.

COMMENTARIA.

Quod nunquam de vllius etiam causa, nisi  
 vtriusq; audita controuersia & lite benè per- *I.*  
 specta, iudicium pronũciandum sit. Hic non *Alexandri*  
 incõmodè in iudices iniquos Alexandri Ma- *Macedonis*  
 cedonis torquebitur exemplum, qui orante *exemplum*  
 accusatore alteram manu aurem solebat oc-  
 cludere, vt ipsa reo conseruaretur.

Brutis animalibus potius quàm ratione *II.*  
 præditis conuenire, si omnibus, quæ passim  
 sparguntur, sine iudicio admisso, an veritati  
 etiam consentanea sint, fidem adhibeãt. Vn-  
 de Seneca non illepidè ait: Vtrunque vitium  
 est, omnibus credere, & nulli: sed alterũ ho-  
 nestius dixerim vitium, alterum tutius.

Quod conueniat frui tempore, seruireque *III.*  
 scenæ vtriq; foro, vt dicitur, omniaq; quodam  
 astu, consilio & prouidentia incipienda &  
 perficienda sint, vnde non immeritò Thales  
 sapientissimũ esse tempus, quod omnia in-  
 ueniret, affirmavit.

IIII. Quàm periculosus animæ laqueus fit auaritia, non enim vllis potest satiari rebus, qui ea semel captus fuerit, quousq; in ipso cupiditatum congelatur, & durefcit gurgite, ex quo salua & integra cauda non emergit, sed partem digniorem & maiorem niue <sup>vel</sup> ~~primæq;~~ auiditatis concretam relinquere, id est, non solum detrimentum famæ nominisq; sustinere, verum etiam sempiternam cœli beatitudinem deserere, & in ipso mortis spiritu iacturâ omnium diuitiarum facere cogitur. Extant in historiis multa passim præclara exempla & facinora quæ instigante auaritia fuerunt confecta & perpetrata. Tyberius Imperator adeo auaritiæ obnoxius fuit, vt Galliarum, Hispaniarum, Syriaeque & Græciæ principes <sup>et principes ad quos dicitur</sup> ~~confiscari~~ ob leue impudensque calumniarum genus, vt quibusdam non aliud fit obiectum, quàm quod partem rei familiaris in pecunia haberent: C. Cassius tam nefariæ homo fuit auaritiæ, vt Syllam & Calpurnium cum pugionibus occidendi, eius gratia deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus, dimiserit. Vespasianus Imperator tam indomitæ fuit auaritiæ, vt appositis amphoris in viis ad vrinas excipientias, quæ fullonibus venderentur, vectigal commentus sit, sed increpatus à Tito contulit. Mox verò pecuniam ex prima pensione ad nasum filij admouit, sciscitans num odore offenderetur? Illo negante, atqui ait è lotio est. ~~Midas Phrygiæ Rex cum incredibili a-~~ more

~~more auri teneretur, Deos preceatus, vt, quic-  
quid attingeret, in aurum commutaretur,  
exorauit. Sed mox cum omnia quæ appone-  
bantur ad mensam, aurum fierent, inedia mi-  
serabiliter interisset, nisi voti secuta fuisset  
relaxatio, vt est in fabulis. Idem Midas cum  
Celenum Phrygiæ oppidum hiaret, atque  
plures domus cum mortalibus absorptæ es-  
sent, monitus oraculo, vt res preciosas eò cõ-  
iiceret, nihil attulit. Vnde optimè à Platone  
dictum, ei qui velit esse diues, non cumulan-  
dam pecuniam, sed minuendam cupiditatem.  
hæc & alia multa peperit habendi libido, ad-  
eò vt in prouerbiu[m] cesserit: Auaros nisi cum  
moriuntur, nihil rectè facere.~~

*Platonis e-  
legans di-  
ctum in aua-  
ros.*

Qui omnibus calamitates, angustias, &  
miserias suas recitare & commemorare cu-  
pit: à multis interdum despectui habeatur o-  
portet.

V.

Dementissimus homo est, qui sua vitia de-  
decusque proprium, aut amicorum infami-  
am, quo aliis tantum noceat, detegit ac reue-  
lat. Nã si in proposito malo decipitur, alter-  
que, cui insidias fecit, immunis atq; liber ela-  
bitur, is meritò ab omnibus deridetur, & lu-  
dibrio exponitur.

VI.

Quod meritò in turpissima quæque inci-  
dant opprobria, qui ad eò gulæ ventriq; deser-  
uiunt, vt vel ob sumptuosiora vnius cœnæ fer-  
cula, in quæuis flagitia abhorrenda anteces-  
sores comitètur. De voluptatibus hîc multa  
dicenda forent, quæ omnium vitiorum pesti-

VII.

*Voluptas  
omniũ vi-  
tiorũ pesti-  
lentissima  
est radix.*



*Ferrea et- iam mētes libidine do- mantur.* lentissimæ radices præstantissimos etiam ho- mines nonnunquam in horribilia & extrema cum animæ tum corporis coniiciunt pericu- la. Aded vt D. Hieronymus inter illecebras voluptatum & ferreas mētes libidine domari affirmare ausus sit. Verùm quia vulgaria & quotidiana satis ob oculos versantur exem- pla, diutius hîc immorandum non existimo.

VIII. *Anima luerte cui fidas, non enim illepi- dum extat Prouerbium, quo dicitur, Fide, cui autem, vide: Cùm in primis hoc seculo fi- des tuta aut illæsa nusquam, aut apud rari- simos inueniatur.*

CAPVT III.  
ARGVMENTVM.

*Facta modis Vu'pes sua grādib. euehit audax,  
Inuidiaq; Lupo non leue constat onus,  
Scilicet interdum miscere satrata prophanis  
Conuenit, & Verum dissimulare iuuat.*

Reinke no- uã de Isen- grini inso- lentia nar- rationem instituit.

**M**E quando rursus nominat,  
Infamiam nec propriam  
Occultat Isengrinus,  
Rem dicit acer Reinke,  
Narrabo vobis integram,  
Nam si recordor optime,  
Secundus annus ducitur:  
Quod ambo pertransiimus  
Oras potentis Misnie  
Et nationes Saxonum,  
Immanis ecce cernitur  
Spelunca montis ardui.